

**3596** deis Penatibus familiaribus | M. Fulvius M. f. Gillo cos.<sup>1</sup> fecit.

*Montebuono in Sabinis (IX 4776 vidit Stevenson).* — 1) *Consul suffectus a. 76,* cf. *supra N. 1993.*

**3597** diis deabus | Penatibus | familiaribus | et Iovi ceteris|[q]ue diibus<sup>1</sup> | . . . . .

*Romae rep. in monte Caelio (VI 50991 = Grut. 2, 9 semel vel bis descripta saec. XVI).* — 1) *Sic traditur, deinde lapidem ruptum suis non adnotatur.* (Dis deabus et deis Penatibus dedicatus est etiam titulus V 514.)

**3598** I. o. m. | dis | deabusque | hospitalibus<sup>1</sup> Pe[natibusq. ob con]-servatam salutem | suam suorumq. | P. Ael. Marcianus praef. coh. | aram sac. f. nc. d.<sup>2</sup>

*Eburaci rep. (VII 257 principium vidit Huebner).* — 1) *Quae sequuntur, dum perierunt.* — 2) *Postrema incertae lectionis (non consentientibus testibus).*

**3599** . . . . . [et diis P]enatibus sacrarium . . . | . . . . . anus pontif. min., patron. . . . | . . . . . [fecit] | reique publicae do[navit].

*Praeneste (XIV 2906 vidit de Rossi).*

**3600** T. Annus L. f. Larg[us]<sup>1</sup> | dibus Penatibus | ob rem milita-rem<sup>2</sup> | votum solvit l. m.

*Prope Perusiam rep. (XI 1920 Bormann vidit partem).* — 1) *Largi is qui solus hanc partem lapidis saec. XVII descriptsit Ciattius. L. Annios Largos ordinis senatorii complures novimus saec. p. Chr. II (cf. Prosopogr. Rom.).* — 2) *Hoc quoque vocabulum (praeter duas primas litteras quae extant) servavit Ciattius.*

**3601** ita mihi deos Penátés | propitios, ut ego hoc | monumentum | non violabo.

*Placentiae (XI 1286 vidit Bormann).*

**3602** Draco mag. aediculam | sigilla ornamentaque omnia | Lar. fam.<sup>1</sup> d. s. p. f. c.<sup>2</sup> e[i]demque dedicavit.

*Anxani in Frentanis, epistylum scriptum litteris pulcherrimis aetatis fere liberae rei publicae extremae (IX 2996 viderunt Mommsen et Dressel).* — 1) *Laribus familiaribus.* — 2) *De sua pecunia faciundum curavit.*

**3603** Anteros l., Heracleo summar.<sup>1</sup>, | mag.<sup>2</sup>, | Larib. et famil.<sup>3</sup> d. d. *Stabiis rep. nunc Neapoli (X 775 vidit Mommsen).* — 1) *Summarum (scilicet vilicus).* — 2) *Magistri.* — 3) *Laribus et familiae.*

**3604** C. C. N.<sup>1</sup> | Suavis l. et | Faustus vilic. Lar. et Genium | cum aedicula prim.<sup>2</sup> in familia d. s. d. d.

*Abderae (Adra) in Baetica (II 1930 Huebner vidit ectypum).* — 1) *Tria nomina heri significari putat Mommsen.* — 2) *Primi.*

**3605** Laribus et [Tu]telae, Genio L. | n.<sup>1</sup>, Telesphor. | et Plate domum | dederunt.